



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

3. De vtilitate Eloquentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

De Eloquentia dignitate.

Dei, animi, & eloquentiae similitudo.

CAPUT I.

Eloquence
Deus qui-
dam in se
homines,
apud Cic.
3. de orat.
num. 50.
quod
Plato dixit
Giov. § 4.
Opus suum.

EST verè eloquentia semen cœli, & ex aeterni
luminis fonte delibatus radius, quo qui co-
teris excellunt, propius ad cœlestes accedere,
& cum ijs maius quoddam videntur habere
commercium.

Dicam clarius & illustrius: Quam habet cum
Deo affinitatem mens humana, hanc ipsam cum
mente sibi videntur Regina terrarum eloqua-
tia.

Animus simulachrum Dei est, Deus animus
est, eloquentia diuina est. Quod est Deus in
mundo, animus in corpore, hoc eloquentia in
vita ciuii. Ille segregatus est ab omnibus concre-
tione mortali, hic totus spiritus est, eloquentia
eximia mentis labores non obscura. Ille videt
omnia, nec videretur, hic cernit omnia, nec cernitur,
eloquentia capte omnia, nec satis capit. Ille
quali ventorum cursibus, hic amoris pennis
influitur. Suada rota vis affectu tanquam vehi-
culo rapitur, & permeat in pectora. Ille per om-
nes Uniuersi plaga diffusus est, hic per omnia
corporis membra distributus, omnes verò ar-
tes, & disciplinas communis quadam vinculo
complexa perlatur eloquentia, ille regiam ha-
bet in cœlo, hic in corde, isthac in mente: illum
superi colunt, manes obseruant, voluit orbem,
illuminat solem, regit mundum, calcat inferos;
huic supremæ corporis partes obtemperant, fa-
mularunt infinitæ, caput neruis, quasi fidibus
intertinet mouet, oculorum lumen accen-
dit, flectit corpus, in membris omnibus do-
minatur; eloquentiam verò timent Reges, re-
uerentur subditæ, frænat hominum voluntates,
illuстрat ingenia, administrat ciuitates, atque
inferiora se despiciunt omnia.

Multas quidem artes, aut à brutis animali-
bus effingimus, aut eas cum ipsis habemus com-
unes (nihil de sigulis, cementariis, clinopegis,
architectis loquor) etiam vox & fidibus can-
te, lanas inficere, telas texere, medicinam face-
re, bella gerere, imperia administrare, bellua-
rum exemplo edocemur. At vero dicere (quod
est copiose, ornata, & sapienter loqui) totum
illud, quod per se magnum est, totum nostrum
est: in huius laudis societatem non mutæ pecu-
des sese offerunt; Angeli ipsi nostrum palmarium
confingunt, qualiter humani corporis com-

pagibus essent inclusi, eredo, hac de re nobilis-
cum certarent.

Quapropter Deorum inuentum eloquentiæ hymno
antiqui crediderant; & Græci quidem Mercuri-
rio, quem ἡγετὴ τροφήρις, Orpheus nomi-
nat, Galli suo Hervuli Ogmio adscriperunt; οὐαὶ ὥρ-
μεῖς, qui Deo scientiarum fonti acceptum μηδέν μά-
referunt.

Orpheus in
hymno
Mercurii
τὸν Ἡρακλεῖ
οὐαὶ ὥρμεῖς
μηδέν μά-
τερεῖν
των χωρῶν.

Lucianus.

De Eloquentia pulchritudine.

Comparatur enim Pantarba lapide.

CAPUT II.

AT que cum tanta sit eloquentiæ dignitas,
certè non minor est pulchritudo, & suavitatis,
quæ barbarorum sensus incredibili quadam vo-
luptate titillat. Occurrat hic mihi, quod de Pan-
tarba narrat Hiarchas, apud Philostratum.

Vide Cic. I.

2. de Orat.

n. 34.

Philostr. in

vita Apoll.

I. 3. c. 14.

Pantarbe
decrips.

Lapillus est ut pulchritudine insignis; sic vir-
tute admirabilis; ardor enim suauitatem ful-
gore, & radij perspictingens oculos, diem vel me-
diæ nocte accendit; at quod mireris, id ipsum lu-
men spiritus est, adeò efficax, ut longius dissiun-
ctos inter se lapides conciliat: & quantum illa
visus quæ satis oratione explicari non potest) dif-
funditur, tantum obtinet imperij, aceruosque
lapidum non secus, ac apum examina petrabit.
Verum natura, ne tam preciosum munus viles-
ceret, non modò occultis terræ visceribus ab-
didit, sed & facultatem indidit, qua ex captati-
tum manibus effueret, nisi prouida ratione te-
deretur.

Quæ omnia mirificè eloquentiæ conueni-
unt: si lux queritur, quid illustrius? si vis, quid
potentius? si latebra, quid occultius? Ipsa enim
non modo lucida est, sed eos in quibus dominatur,
scientiæ claritate perfusos, magni quoque
nominiis celebritate nobiles facit: tantum au-
tem habet virum, ut miti quodam dominatu-
fess insinnet in pectora, quæ nullæ alia machi-
nae potuerint expugnare, (sed hoc grande, ner-
uolum, magnisque affectibus incitatum oratio-
nis genus, non est omnibus in promptu:) tantis
eius, ut cæterorum omnium, eximiæ pulchri-
tudinem difficultibus, non secus ac rotam spi-
nis, natura vallavit.

De utilitate Eloquentiæ.

CAPUT III.

QVÆ duæ res in ciuili vita plurimum
possunt, Ars militaris, & Doctrina, elo-

A - 2 quæ-

*Oneſſi. 2.
de Imper.*

*Eloquentia
arts milita-
ri perquam
neceſſaria.
nōc ūrws &
nxus iunx̄
ou cālneſ
zypiu fo-
xes iſſa
mīdūx nā
xns ūs p̄o-
tpeñū d-
gitū.*

quentiae opera non mediocriter indigent. Et quod ad militiam quidem attinet, quamcum ab eloquentia subſidij capiat, testis est *Oneſſander*. Qui inter undecim boni Imperatoris conditio- nes, eloquentiam vel precipuum numerat: Hinc enim (inquit) maxima, precipuaque in exercitu commoda deriuantur; liquidem Imperatoris vehementi concione, creſti, excita- tique milites, ardua quoque, & formidolosa excipiunt, ac propositam in laudem, victoriā- que acriter decertando conspirant; nec ita au- ribus percepiti tubarum clangores animos ad pugnam aucent, & irritant, ut hortatur ad vir- turē & gloriam oratio, vigorem mentis ad obiecta pericula erigit, impetum metu conter- ritos, peneque iacentes constanti roborat hor- tatione. Quāmobrem perſpicax ille cæcus, va- rum parens, eloquentiam in ducibus tantope- rē commendat, cum Menelai suauitatem, Ne- storis flumen melleum, Vlyſſis vim & grauitatem celebrat: nec dubium, quin heroicis tem- poribus Imperatori plurimum splendoris at- tulerit ratio quādam, & industria dicendi, quod in dies apud Græcos, & Romanos, ma- joribus usque adeo manauit incrementis, ut rari essent Imperatoris eloquentiae ciuilis im- periti: Eloquentiam ciuilem dico; neque enim Imperatorem velim affectare genus dicendi po- litum, ex schola, & Rhetorum flosculis illiga- tum, sed magnum, vchemens, excellum, quod optimi ingenij viribus incitatum, non nihil ab arte, summorumque virorum limato iudicio, usque Reip. & quotidiana disertorum confue- tundine capiat expolitionis.

De concionatoribus & iuriſperitis, quorum splendor inter literatos est maximus, nihil attin- net dicere, norunt omnes quantum in eloquentia præſidij situm, atque collocatum habent. Non ita genus igneum transans omnia, cæteras vniuersi partes arcans viribus incitat, ut omnes artes, & disciplinas accendit vis dicendi, sine qua eas non modò languescere, sed & penitus contabescere necesse est.

*Aly
Quintiliſ
no tribuit.* Accedat ad hæc Cornelij Taciti præclara authoritas, qui in dialogo de claris Orat. sic loquitur: Eloquentia parat simul, & ruetur a- micitias, asſicit nationes, complectitur pro- uincias, qua non aliud in ciuitate nostra ad vir- litatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius, vel ad virbis famam pulchrius, vel ad totius imperij, arque omnia gentium notitia- tiam illistrans excoſitati potest: nam si ad vi- litatem vita omnia consilia, factaque noſtra

dirigenda ſunt, quid erit tatus, quām eam eli- geret artem, qua ſemper armatus, præſidium a- micis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, in- uidis vero & inimicis metum, & terrorem vi- trio feras, ipſe ſecus, & velut perpetua quadam potentia, ac potestate munitus, cuius viſ & vi- litas rebus proprieſ fluentibus aliorum præſidiis intelligitur: ſu proprium periculum increpuit, non (hercule) lorica, aut gladius in acie ſirmius munimentum, quam reo & periclitati præſidiū, & celum, quo propugnare pariter, & laceſſere vel in iudicio, ſue in Senatu, ſue apud prin- cipem poſſis.

De vi Eloquentia.

CAPVT IV.

C onciliatricula res, & efficax capiendis il- ligandisque animis eloquentia, vbi pre- fertim ad sapientiam, vitæque integratatem comes accelerit: huius enim velut subnixa pennis Oratoris anima in ipsis auditorum pe- ñora influit, & gratissima omnia ſervitute ſibi mancipat, que ſimul arque ingressa eſt, quid non efficit! Inflammantiſ ſunt animi: In ignem accendit; pungendi in ſtimulos a- cuitur; illuſtrandi funditur in lucem; conſolandi in ſpargitur in Nepenthes; compescendi in frānum eſt; linandi in Panacea eſt deliniendi ſit Sirenu: dici non potest quoſ ſunt lenoci- nantia facundiæ mites praſtigia: quoſ & quam admirabilis effectus.

Haud errat quisquis, qui cum Philone Iudeo, eloquentiam Ἐλέκολιν & Λυχῆς dixe- Philo in li- rit.

Cetero Iulianus Imperator illam cum Mer- vir bonus curij virga non inſcire comparat. Hæc idem ſit & Increpuit: tacet omne peccus, volvetsque, fera- liber. Iulianus que. Et ſimulantef ſcuruanta cacumina ſonnos, ep. 2. ad Iā- Nea truciibus fluuiſ ſidem ſonus occidiſ horror. blicum, pa- Aequoris, & terru maria acclinata quiet. 158. epift. Gra. cunt.

Vis ſuavis eloquentiae potentiam? agnoscet Stat. in in Aristide: Smyrna Ionie ciuitatum pulcher- Sylla, ad xima, ſub M. Antonino, terra motu miferan- ſomnum, l- dum in modum collapsa proſtrataque iacebat: ſylva. Aristides vero monodiam ad Imperatorem Philoſ. in ſcripsit, ut ad miferam ciuitatis ruinas refarcien- ſophiſis. das inuitaret: vbi poſt deſcripta virbis antea ſlo Ar. II in- rentis pulchritudinem, locum illum pertexuit ra ad An- nū. Ἡ ἔργοι τηγάνην εὐτελεύ κατατείσατο τονοῦ.

nunc